



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

45. De viduis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

conjugia crediderint copulanda , tamdiu utri-  
que habeantur à communione suspensi quo-  
que quod illicetē perpetraverunt emendent.  
Quod si emendare neglexerint , à communio-  
ne vel omnium Christianorum convivio in  
perpetuo sint sequestrati.

De viduis. *Epistola beati Gregorij Papæ Bo-*  
*nifacio Archiepiscopo missa , in qua inter*  
*cetera ita legitur decretum.*

X LV. Viduas à proposito discedentes vi - Burchard. lib.  
duitatis , super quibus nos consulere voluit di- 8. c. 45.  
lectio tua , frater carissime , credo te nosse à Vide supra in  
sancto Paulo & à multis sanctis patribus , nisi 1. Append. c.  
convertantur , olim esse damnatas ; quas & 56.  
nos apostolica auctoritate damnandas & à  
communione fidelium atque à liminibus Ec-  
clesiae arcendas fore censemus usquequo obe-  
diant Episcopis suis & ad \* bannum quod cœ- \* bonum  
perunt invitè aut voluntariè revertantur.

De virginibus non velatis.

X LVI. A sanctæ memoriæ prædecessore Burchard. lib.  
nostro Innocentio taliter decretum habemus: 8. c. 45.  
Hæ verò quæ necdum sacro velamine tectæ , Vide supra in  
tamen in proposito virginali semper se simu- 1. App. cap.  
laverunt permanere , licet velatæ non fuerint , si 47. & 56.  
nupserint , his agenda pœnitentia est , quia sponsio  
earum à Domino tenebatur. Si enim inter homi-  
nes solet bona fidei contractus nulla ratione dis-  
solvi , quanto magis ista pollicitatio , quam cum  
Deo pepigit , solvi sine vindicta non poterit. &  
\* contra. Nam si virgines nondum velatæ tali- \* cetera.  
ter pœnitentia publica puniuntur & à cœtu fi-

E e